Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26318
Copyright: Admont, Benediktinerstift

28

Quod apud simachus insulsit dicens. quia propter blasphemiam
dei suspensus est. Ad extremum interrogemus eos si ananias
azarias misahel nolentes adorare idolum a nabucho
donosor fuissent in ligno suspensi. eleazarus quoque nonage
narius sub antiocho rege syrie. et cum vii. filiis gloriosa mater.
utrum maledictos eos estimaturi fuerint an omni be
nedictione dignissimos. Certe si crucem quam aman pa
rauerat mardocheo non ipse pro suo merito conscendisset. pu
to mardocheus in eam non ut male[...] dictus sed ut uir sanctus
ascendisset. Illius et ceteris similibus comprobat[...] illum esse maledic
tum qui dignum facinus patibulo perpe[...]trarit. non eum
qui iniquitate iudicum et inimicorum po[...]tentia uel cla
more uulgi aut uirtutum inuidia aut regis ira fu
erit crucifixus. C

moysen, dico et aaron, prophetas et patriarchas. de maledicto legis redemit.
nec hoc ex meo sensu dictum putetis. scriptura testis est. quia Christus
gratia dei. siue ut in quibusdam exemplaribus legitur. absque deo pro omnibus mor
tuus est. Si autem pro omnibus et pro moyse et pro uniuersis prophetis. ex quibus nul
lus potuit delere cirographum ueteris quod aduersum nos scriptum e
rat. et adfigere illud cruci. Omnes peccauerunt. et indigent gloria
dei. ecclesiaste quoque hanc affirmante sententiam. homo non est ius
tus in terra qui faciat bonum. et non peccet. Denique et iste fert apostoli dictum ma
nifeste docet. nec moysen. nec illustrem aliquem de antiquis uirum.
apud deum iustificari potuisse per legem. Sequitur enim. Quoniam autem in SS
lege nemo iustificatur apud deum. manifestum est. quia iustus ex fide
uiuit. Lex autem non est ex fide. sed qui fecerit ea. uiuet in illis. Exemplum quo
probatur iustum ex fide uiuere. et cum ex operibus. de abacuc propheta tulit.
quod ita .lxx. interpretes ediderunt. iustus autem ex fide mea uiuit. Aquila
la et theodotion. iustus autem ex fide eius uiuit. id est dei. Considerandum itaque
quia non dixerit homo aut uir ex fide uiuit. ne occasionem tribueret
ad uirtutum opera contempnenda. sed iustus ex fide uiuit. ut quicumque